



**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.  
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.  
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos  
Cardinales &c. Libri VI**

**Baronius, Justus**

**Mogvntiae, 1605**

Epistola XVII. III[ustrissi]mo Et Rev[erendissi]mo D. Bernardino Paulino S  
D N Clementis VIII. Pontif. Max. Datario. Ivstvs Baronivs Veteracastrensis  
S. III[ustrissi]me & Reu[erendissi]me D[omi]ne.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)



eternum salue. Mogunt. Prid. Idus Decem.  
M. DCII.

EPISTOLA XVII.

ILL<sup>mo</sup> ET REV<sup>mo</sup> D. BERNHAR-  
dino Paulino S<sup>i</sup> D<sup>i</sup> N<sup>i</sup> CLEMENTIS VIII.  
Pontif. Max. Datario.

IVSTVS BARONIVS VETERA-  
castrensis S.

Ill<sup>me</sup> & Rev<sup>me</sup> D<sup>ne</sup>.

QVANTA vis amoris sit ac *Φιλανθρωπίας*, vel feræ bestiae norunt, atq; an-  
niculi bimulq; infantes. Ut enim hi blan-  
dam nutricis vocem obuijs vlnis sequun-  
tur, horridam patris fugiunt & auersantur:  
ita illæ multis amantibus vicem repende-  
runt, si *Plutarcho*, si *Gellio*, si *Aeliano* credi-  
mus. Expertus igitur ego nuper in vrbe sin-  
gularem quandam tuam in me meosq; hu-  
manitatē ac beneficentiam, accensus etiā  
varijs & honorificentissimis gētis nostrę tū  
hic, tū illic de te p̄conijs & laudibus, eum  
erga te animum concepi, quem erga dile-  
ctissimos mihi, & sanctiori quadam nota  
colendos gerere soleo. Nec mihi satisfeci,  
donec hoc ipsum ad te perscriberem. Tegi  
recusat amor, multo magis premi, flagratu-  
rus tanto impatientius, quanto maioribus  
vmbaculis inuolutus fuerit. Flagitabat id  
ipsum



ipsum gratitudo. Maeste igitur animo *Ill<sup>me</sup>*  
 Domine, tuo nomini plaudit *Italia*, plaudit  
*Germania*, plaudunt noti, plaudunt ignoti,  
 plaudit etiam paupercola musa mea: quam  
 ut florentiorem locupletiolemque redde-  
 res, scis ipse quibus adminiculis iussu seris,  
 quibus stimulis excitaris. Maeste animo, nec  
 lassare, quod aucupes quosdam tibi fors of-  
 fert minus rectos. Contemne: constabit ni-  
 hilominus tuum tibi præmium, Ecclesiæ  
 gloria, Pontifici laus, qui quod spem Ro-  
 mani nominis sumptibus ipse suis suscipit,  
 rectè facit. <sup>a</sup> *Nullum est magno principe, im-*  
*mortalitatemq<sub>3</sub> merituro impedi genus digni-*  
*us, quam quod erogatur in posteros. Nec gra-*  
*uius Ecclesiæ occasum, Reipub. interitum*  
*accelerat, quam qui præmia virtutibus ne-*  
*gat, pœnas sceleribus. Quæ omnia ego ad*  
*te gratiarum actionis loco, quam si breuem*  
*impolitamque iudicabis, ignosce. <sup>b</sup> Ani-*  
*maduerto enim etiam Deos ipsos, non tam ac-*  
*curatis adorantium precibus, quam innocen-*  
*tia & sanctitate letari: gratioremq<sub>3</sub> existima-*  
*ri, qui delubris eorum puram castamq<sub>3</sub> men-*  
*tem, quam qui meditatam carmen intib-*  
*lerit. Vale. Mogunt. Prid. Idus De-*  
 cembr. M.DCII.

*a Plin. in  
 Paneg. Tra-  
 iano.*

*b Plini. So-  
 cund. ibid.*